

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**Sebastiani Castellionis Sacrorum Dialogorum Libri
Quatuor, Quos Postremo Ipse Recognovit: Argumenta
Singulis Dialogis Praeposuit, Et Sententias Sublicit ...**

Châteillon, Sébastien

Francofurti, 1761

VD18 12886300

Nepos Pavli.

urn:nbn:de:gbv:45:1-18303

homines. Si quando tuetur simulator pium, id magis sui, quam æqui amore facit.

NEPOS PAVLI. Actor. 23.

ARGUMENTVM.

Lysias a Pauli nepote de Iudæorum in
Paulum conjuratione certior factus, copias
parandas curat, quæ Paulum ad Felicem Prä-
torem tuto perducant.

Centurio, Lysias, Nepos Pauli.

Paulus, is qui est in vinculis, me evocatum ro-
gavit, ut hunc adolescentulum adducerem: &
habere enim eum aliquid ad te. **L.** Cedo mihi
manum adolescentule. Dic mihi hoc in occul-
to, quid habeas, quod velis mihi enunciare. **N.**
Judæi constituerunt petere a te, ut cras in concilium
educas Paulum, quasi aliquid diligentius in
eum quæsituri. Sed tu noli eis obtemperare:
nam insidiantur ei homines ex eis supra quadra-
ginta, qui ^{a)} fese devoverunt, si vel comedenter,
vel biberent, quin eum interfecissent. Et nunc
parati, tuum mandatum expectant. **L.** Lando
te, quod me scite admonuisti. Discedes hinc, &
nemini hæc indicabis, quæ mihi demonstravisti.
Vos duo Centuriones, paratos habete milites du-
centos, qui Cæsaream proficiuntur, & equites
septuaginta, hastatosque ducentos ad horam ter-

U 2 **tiam**

a) Execranda devotio, hoc est, detestatio est, quæ ad nocendum instituitur.



tiam noctis: jumenta adhibete, ut eo impositum Paulum, ad Felicem Prætorem perducant. Ego ad eum epistolam scribam.

SENTENTIA.

*Ficti homines piis pertinacissime infidiantur.
Sæpe minus est in gentilibus iniquitatis, quam in iis, qui se Dei populum gloriantur.*

TERTVLLVS. Actor. 24.

ARGUMENTVM.

Paulum accusat Tertullus orator apud Felicem Prætorem. Paulus crimina diluit. Felix causæ cognitionem differt in adventum Lysia Tribuni, Paulumque jubet remissius custodiri.

Felix Præses, Tertullus orator, Paulus, Concilio Judæorum.

Adest hic reus ille Paulus, Anania Pontifex, & vos seniores. Supereſt ut vester orator accuset. *Ter.* Quod maxima pace per te fruimur, quodque tua prudentia hæc provincia recte administratur, nobis omnino gratissimum est, optime Felix, & agimus gratias quam possuimus maximas. Sed ne tibi diutius sim molestus, quæſo, ut nos pro tua æquitate paucis audias. Invenimus hominem hunc pestilenteū, & seditiones omnibus ubique terrarum Judæis concitantem ac sectæ Nazarenorum principem, eo usque, ut etiam fanum profanare conatus sit. Eum nos comprehensum volui-